



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 32. De Baiulatione crucis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

5. Manus cum Pilato lauamus, & simul condemnamus Christum, cum id quod religioni nobis ducimus, tamen perpetramus, etiam excusando, coactos nos, seu aliqua tentatione seu timore humano.

6. Iniqua hominum de nobis iudicia exemplo Christi, cui seruimus, moderatè ferenda sunt. Ille enim iniquissimani à Pilato sententiam, amore nostri patientissimè sustinuit.

7. Quām sēpē, vt mundo aut carni gratum aliquid præstemus, aut propter honores, aliqua bona temporalia, more Pilati iniustè aliquid agendo, Christum damnauius?



MEDITATIO XXXII.

DE BAIVLATIONE

CRVCIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Apprehendentes I E S V M illuserunt Mat. 27 ei, exuentes eum purpura, & induē Marc. 15 tes vestimentis suis. Ioan. 19.
- II. Eduxerunt eum, vt crucifigerent.
- III. Baiulans sibi crucem, exiuit in montem Caluariæ.

F I G V R A.

ISAA C cum patre ad mortem proficis. Gen. 22, 1 cens, in quo sacrificaretur, ligna sa- crificij gestabat in humeris.

N 6

Præ-

imen.
rs eius.
oguinē
m.

subij-
ebemus
christus

officio
non de-
Pilato
offimus

ere, sed
temper-
t. Inui-
n Chri-
auerse-
ducunt:
rruptos

enderet,
nem Iu-
itate, &
Sic nisi
& fixum
re, nun-
am pro-
re spem

5. Ma-

Iess. 4. Præcepit Deus lege veteri, vt ad peccati expiationem sumeretur vitulus sine macula, qui extra castra elatus comburetur.

PROPHETIAE.

Esai. 22 **D**ABO clauem domus David super humerum eius.

Isaia. 9. Factus est principatus super humerum eius.

Isaia. 53. Sicut ovis ad occisionem dicitur; & tanquam agnus coram tondentibus se obmetescit.

DOCUMENTA.

1. **S**i Christus Dominus noster portauit crux, debemus & nos portare nostram, id erit si in temptationibus patientiam conservemus, libenter amplectamur mortificationes quasuis, & occurrentes in ipsius servitio molestias, vt eo similiores simius capiti nostro Christo, quem sequimur.

2. Si servi Christi esse volamus, non fugienda, sed amplectenda nobis est crux & induenda. Crux enim est insigne quod Christus sibi militantium vestibus in hac vita vult esse affixum.

3. Cùm exiret Christus crucem gestans è domo Pilati ad montem Caluariæ, reliquit ibi vestes, quas illi Herodis & Pilati satellites imposuerant. Sic religiosi, cum egrediuntur è mundo, vt crucem obedientiæ forant ad montem perfectionis, relinquere debent.

debent vitiosos omnes habitus & consuetudines mundi ; & induere se vestibus Christi, quæ sunt virtutes ipsius.

4. Pro Christo crucem portant ij soli , qui Christum sequuntur.. Itaque si quis aliud præter Christum persequitur , si quæ crux illi ferenda obueniat , non Christo , sed suis eam cupiditatibus portat..

5. Suam crucem , quam à Patre acceperat , Christus tulit , sic nos debemus tollere crucem nostram , illam quam Deus imponit , non quæ nobis videtur.. Hoc est , ex ijs tentationibus & rebus , quæ nobis diuinitus obueniunt , profectum querere debemus , non alias præferre & optare , quando ipse nouit quod nobis vltissimum sit..



ME DITATIO XXXIII. CHRISTVS MULIERES

ALLOQUITVR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. IESVS conuersus ad mulieres sequentes ac plangentes dixit : Nolite flere super me; sed super vos, & super filios vestros.

Luc. 23^o.
II. Si in viridi ligno hæc faciunt; in arido quid fiet?

III. Ducebantur alij duo nequam cum illo , yt interficerentur.

N. 7.

FIGV-